

V c  
2547





h. 31





Ad  
Laudationem Funebrem  
& Justa

*Serenissima ac Illustrissima Principi*

**DNÆ. ERDMUTH SOPHIÆ**

EX STIRPE

**ELECTORALI SAXONICA,**

**MARCHIONISSÆ. BRANDENBURGICÆ. DUCI**

**PRUSSIÆ. MAGDEBURGI. STETINI. POMERANIÆ. CASSUBIO**

**RUM. VANDALORUM. NEC. NON. IN. SILESIA. CROSNAE. ET.**

**JÆGERNDORFFII. BURGGRAVIÆ. NORIBERGENSEI. PRINCIPI. HAL-**

**BERSTADIENSI. MINDENSI. ET. CAMINENSI.**

**B. M.**

ad Diem XXIII. Aug. post Aud. I. pomer.

*in Templo Paulino humillimè*

*solvenda*

**RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS**

**Utriusqꝫ Reipub. Patres Conscriptos &**

**Universitatis Cives**

*invitas.*





CONFLUITE.  
PATRES. ACADEMIÆ. SENATUSQ. CONSCRIPTI.  
VOSQ. CIVES. NOSTRI.  
CONFLUITE.  
COMMUNE. DAMNUM. COMMUNEM. LUCTUM. IMPERAT.  
HEU. QVAM. ADVERSA. SENTIMUS. FATA.  
QVAM. IRRITA. FUDIMUS. VOTA.  
BIS.  
INTRA. MENSES. BIS. TERNOS.  
AD. PUBLICAM. PARENTALIORUM. SOLENNITATEM.  
COACTI.  
TER. ET. QVATER. INFELICES.  
NAM. QVI. NUPER. MENS. MART.  
POTENTISSIMI. DANIARUM. ET. NORVVAG.  
REGIS.  
FRIDERICI. TERTII. G. R.  
DIVIS. MANIBUS.  
IPSO. PALMARUM. DIE.  
FERALEM. TILIAS. INTER. ET. PALMAS. CUPRESSUM.  
CONSECRAVIMUS.  
NUNC.  
EODEM. ILLÆTABILIS. OFFICII. GENERE.  
PROSEQVI. COGIMUR.  
SERENISSIMAM. PRINCIPEM. AC. DOMINAM.  
DNAM. ERDMUTH. SOPHIAM.  
HEROINAM. INCOMPARABLEM,  
IN. QVA.  
CUM. PRÆCIPUA. FORTUNÆ. MUNERA.  
TUM. OMNES. CORPORIS. ANIMIQ. DOTES.  
ET. QVICQVID. IN. ILLUSTR. LOCO. NATAM. CADERE.  
POTEST. EXIMIUM.  
TANTUM. EMINUIT.  
IN. QVANTUM.  
ET. HUMANARUM. RERUM. FELICITAS.  
ET. FORMÆ. DECOR.  
ET. VIRTUTIS. FASTIGIUM.  
INTELLIGI. POSSUNT.  
ORTUM. SUUM. REFERT. NOBILISSIMUS. HIC. SURCULUS.  
AD. REGIAM. VVITEKINDI. STIRPEM.  
FOECUNDITATE. NUMEROSAQ. PROPAGINE. PRINCIPUM.  
OMNIUM. FACILE. PRINCIPEM,  
ANTIQUITATE. VERO. ET. SPLENDORE.  
NULLI. SECUNDAM,  
NEC. MAGIS. IMPERATORIIS. REGIISQ. FASCIBUS,  
ET. QVA. REGIIS. SCEPTRIS. AOVIPARATUR.  
SPTEMVIRALI. PURPURA.  
QVAM. RERUM. DOMI. FORISQ. PRÆCLARE. GESTARUM. FAMA.  
MAXIMISQ. MERITIS. RRÆLUSTREM.

HÆC,



HÆC, ENIM. PARENTEM. IPSI. DEDIT,  
SERENISSIMUM. AC. POTENTISSIMUM. PRINCIPEM.  
**DNM. JOHANNEM. GEORGIUM. II.**

NON. MINUS. ALTERUM. QVAM. SECUNDUM,  
JOHANNIS. GEORGII. PRIMI. CONST. F. CHRISTIANI. SAP. N.  
AUGUSTI. VERE. AUGUSTI. PRON. HENRICI. PILABN.  
*SAXONIÆ. JULIÆ. CLIVIÆ. ET. MONTIUM. DUCEM.*  
*S. R. L. ARCHIMARSCHALLUM. ET. ELECTOREM.*  
LANDGRAV. THURINGIÆ. MARCHION. MISNIÆ. ET. UTRIUSQ. LUSATIÆ.  
BURGGRAV. MAGDEBURGI. COMITEM. IN. MARCA. ET. RAVENBURG.  
DOMINUM. IN. RAVENSTEIN.

**PATREM. PATRIÆ. OPT. MAXIMUM.**  
*RELIGIONIS. AC. LIBERTATIS. PUBLICÆ. A. PISSIMIS. MAJORIBUS.*  
*INSTAURATÆ. ASSERTÆ. PROPUGNATÆ.*  
CONSERVATOREM. AC. PROTECTOREM,  
JUSTITIÆ. VINDICEM.  
MUSARUM. STATOREM.

DOMINUM. AC. NUTRITIUM. NOSTRUM. INDULGENTISSIMUM.

**MATREM. HABET.**

*QVAM. ET. PATRIA. NOSTRA. MATREM. VENERATUR. SUAM.*  
SERENISSIMAM. AC. ILLUSTRISSIMAM. PRINCIP.

**DN. MAGDALENAM. SIBYLLAM.**

EX. EMINENTISSIMA. BRANDENBURG,

**PROSAPIA.**

EX. QVA. ETIAM.

**CONJUGEM.**

*AUSPICATISSIMO. FOEDERE. SORTITA.*

*ILLUSTRISSIMUM. PRINCIPEM. AC. DOMINUM.*

**DNM. CHRISTIANUM. ERNESTUM.**

MARCHION. BRANDENB. PRUSSIÆ. MAGDEB. STETINI. POMERAN-  
IÆ. CASSUBIORUM. VANDALORUM. UT. ET. IN. SILESIA. GROSNAË. ET. JÆ-  
GERNDORFII. DUCEM. BURGGRAVIUM. NORIBERGENSEM.  
PRINGIPEM. HALBERSTADIENS. MINDENS. ET.  
CAMINENSEM.

*HEROEM. AD. OMNIA. SUMMA. NATUM.*

CUI. XIV. KAL. NOV. A. C. C. clv lv CLXII. NUPTA. JUCUNDISSIME.  
SANCTISSIMEQ. CONVIXIT.

*TANTO. NATALIUM. FASTIGIO. TAM. EXCELSÆ. MATRIMONII. FORTUNÆ.*  
*NON. MINORES. CORPORIS. ANIMIQ. DOTES. RESPONDERUNT.*

*NIHIL. CORPORIS. FORMA. VENUSTIUS.*

*NIHIL. ANIMI. VIRTUTIBUS. CONSUMMATIUS.*

*QVAS. ENUMERARE. VEL. IDEO. SUPERSEDEMUS. QVOD. UNO.*

**ERDMUTH. SOPHIÆ.**

NOMINE.

OMNIUM. VIRTUTUM. NOMINA. COMPLEXI. VIDEAMUR.

SED



SED. EHEU. QUÆ. SUPRA. VULGARIS. CONDITIONIS. SORTEM. ELEVATA. FUIT.  
 COMMUNEM. MORTIS. NECESSITATEM. NON. POTUIT. EVITARE.  
 DECESSIT. SINE. LIBERIS. NON. SINE. PERENNI. NOMINIS. FAMA.  
 NON. SINE. INGENTIBUS. VIRTUTUM. EXEMPLIS.  
 NON. SINE. MAGNO. SUI. DESIDERIO.  
 SUIS. INTERIM. IPSA. DESIDERIIS. POTITA.  
 MORTALITATEM. EXPLEVIT. ÆVUM. INCHOAVIT.  
 IMMUNDO. Q. MUNDO. RELICTO. CÆLESTES. THALAMOS. CONSCENDIT.  
 IBI. NUNC. CUM. DEO. DELICIATUR.  
 ET. ELECTAS. INTER. ANIMAS. ELECTORIS. FILIA. VERSATUR.  
 VICTRIX. LUBRICORUM. HUIUS. SECVLI.  
 ADVERSORUM. OMNIUM. TRIUMPHATRIX.  
 NATA. EST. D. XV. FEBR. A. C. M. DC. XLIV. DENATA. HOC. ANNO. D. XII. JUN.  
 NOS. QVOD. PIETAS. IN. DEFUNCTAM. DEBITUMQ. SERENISSIMO.  
 PARENTI. OBSEQUIUM. JUBET.  
 AD. DIEM. XXIII. AUG. QVO. BARUTHI. FUNUS. EFFERETUR.  
 IN. TEMPL. PAULINO. POST. AUD. I. POMER.  
 ORATIONE. PANEGYRICA. PARENTABIMUS.

QVAM. PUBLICO. NOMINE. RECITABIT.

**CHRISTIANUS. FRIDERICUS**  
**FRANCKENSTEINIUS.**

LL. ET. HISTOR. P. P. MAJ. PRINC. COLL. COLLEG. ALUM. ELE-  
 CTOR. IPHORUS. ACADEMIÆ. DECEM-VIR.  
 PROCESSUS. FIET. EX. SACELLO. NICOLAITANO.  
 AGITE. IGITUR.

PATRES. ACADEMIÆ. SENATUSQ. CONSCRIPTI.  
 VOSQ. CIVES. UNIVERSITATIS. NOSTRÆ. RELIQVI.  
 PRÆDICTO. TEMPORE. AD. LOCUM. PRÆDICTUM.  
 FREQUENTES. CONFLUITE.

DIVÆQ. PRINCIPI.  
 SUPREMA.

QUÆ. UTINAM. VEL. ÆTERNUM.  
 VEL. SI. NIHIL. IN. HIS. CADUCIS. ÆTERNUM.  
 SPERARE. LICET.  
 LONGIUS. SALTEM. DEBERE. LICUISSET.  
 EXSOLVITE.

Literis WITTIGAVIANIS.



10 2547 7K

4C

WITTIGAVIA  
 1774



FUIT.

A.

T.

JUN.

ELLE

MAM  
MAM

CUJ

NT

ULB Halle

3

004 777 700



*Handwritten scribble*









CONFLUITE.  
 PATRES. ACADEMIÆ. SENATUSQ. CONSCRIPTI.  
 VOSQ. CIVES. NOSTRI.  
 CONFLUITE.  
 COMMUNE. DAMNUM. COMMUNEM. LUCTUM. IMPERAT.  
 HEU. QVAM. ADVERSA. SENTIMUS. FATA.  
 QVAM. IRRITA. FUDIMUS. VOTA.



HÆC,

